

Heinrich Rahn

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne, I.U.D. & Professor Ad Exequias Quas ... puerulo Johanni Mauritio, Filiolo carissimo & Unico Parentes moestissimi ... paratas cupiunt Omnes Academiae Cives officiose invitat

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770473997>


Druck Freier  Zugang



Rahne, H.,
in
J. Mauritius.

Rostock, 1648.

30.





PROGRAMMA
 Quo
 RECTOR
 UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
 HENRICVS RAINE,
 J. U. D. & Professor



AD EXEQUIAS,
 Quas


Scitissimo puerulo

JOHANNI
 MAURITIO,

Filiolo carissimo
 & Unico

Parentes moestissimi
 paratas cupiunt

Omnes Academiae cives officiosè invitat.



ROSTOCHII,
 Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1648.

PROGRAMMA

RECTOR

Universitatis Rostochensis

HENRIEVS RAVEN

J. U. D. & Professor

NOTAE QUAE

QUI



Sciuntio perulo

IOHANNI

MAURITIO

Philolo carissimo

Saluto

Patentes moshillini

patatas cupiunt

Omnes Academicos officiosos

1702



ROSTOCHIA

THE NICOLAUS M. M. M. M. M.



Ta omninò com-
paratum est in hoc
mortalium orbe, ut
dolorem voluptas,
voluptatem dolor à
tergo insequatur: ut,
quæ BERNHARDI
est sententia, nemo in
honore sine labore, in prælatione sine tribu-
latione, in sublimitate sine vanitate esse pos-
sit: fatali quadam lege & immutabili DEI im-
mortalis sanctione ista evenire finguntur. At-
que est profecto ita. Quemadmodum enim,
si Plutarcho credimus, palmæ medulla & po-
lypi piscis caput linguæ quidem & palato dul-
cia admodum videntur: de quibus tamen
illa capitis dolorem vehementissimum facit:
hoc somnum, laborum & solitudinum o-
mnium perfugium, visionibus formidolosis
interpellat: sic in vita humana, & qualibet
ejus parte dulcia amaris, læta tristibus, & his

A 2

illa

illa innexa sunt. Habet unusquisq; quod do-
leat, quod queratur: nec in hac omni vita-
rã optabile aliquod bonum est, quod non
mixtum sit poculo aliquo mœrorũ. Ut athle-
tis olim fors non electio adversarium dabat,
cum quo certarent: sic cuiq; nostrum calami-
ratem aliquã dederunt fata, cũ qua luctemur.
Expertus est hanc vicissitudinem & commu-
tationem in ipso conjugio excellentissimus
& clarissimus Dn. CASPARUS MAURI-
TIUS SS. Theol. LICENTIATUS, & Logices
in Academia nostra Professor dignissimus.
Eam enim voluptatem, quam ex jucundissi-
mo primogeniti sui filioli complexu ante an-
num & quod excurrit acceperat, confestim
dolor excepit; quem acerbus & insperatus
Ejusdem obitus adfert longè gravissimum.
Natus is anno supra millesimum sexcentesi-
mum quadragesimo septimo d. XVIII. Apri-
lis. Secundo post die, nimirum feriã terciã
Paschatos, CHRISTO Conservatori suo
ejusq; corpori ecclesiæ per sacrum baptismi
lavacrum insertus labem, quam nascendo
contraxerat, renascendo deposuit. Patrem
habuit modò nominatum DN. LICENTIA-
TUM CASPARUM MAURITIUM
Colle-

Collegam atque amicum nostrum singu-
larem; matrem CATHARINAM MI-
CHAELIAM, feminam optimam. Avus Pa-
ternus ei fuit JOHANNES MAURITIUS
(cujus etiam sortitus est nomen) qui primùm
Serenissimæ Reginae Svecicæ, Ducissæ Holsa-
tiæ CHRISTINÆ aulicus in Svecia per
triennium Concionator, post Pastor & Præ-
positus Tunderensis in Ducatu Slesvicensi
per ipsos quadraginta annos fuit. Aviam pa-
ternam habuit ANNAM Peterßen / *νῦν ἐν ἀγῶνι.*
Avum maternum virum admodum reve-
rendum & clarissimum Dn. M. CHRISTIA-
NUM MICHAELEM Pastorem ad D. Jaco-
bi vigilantissimum, & Ministerii Rostochien-
sis Seniore; aviam maternam CATHARI-
NAM VOSSIAM, Matronam honestissi-
mam. Ortum hujus scitissimi puelli & ini-
tium vivendi habetis: Nunc & finem perci-
pite. Ante octiduum ægrotare cæpit, & ex
diarrhæa atq; epatico fluxu imminutis pau-
latim tandemque consumptis viribus d. XV,
Septembr. horâ mediâ decimâ matutinâ, se-
riis Parentum precibus DEO commenda-
tus placidè exspiravit. Id verò dolorem &

A 3

publi-

publicè omnibus, & privatim parentibus
non parvum commovebit. Etenim & sa-
lutis communis cum maximè interest: ado-
lescentiam egregiè cordatam (qualis indo-
les in hoc Infantulo jam gliscebat) quasi
in procinctu stare: quæ decedentibus de-
statione senibus succedat, & nullo arctiore
vinculo homo homini jungitur, nullo mi-
nus solubili nexu, quàm eo, quo parentes li-
beris devinciuntur. Quocirca fieri nō potest,
quin ubi, quorum in vita magna dignitatis
nostræ & publicæ utilitatis spes reposita erat,
iis privari nos sentimus, animo magnopere
doleamus & angamur. Verum enim verò,
quicquid nos faciamus, *hoc fuit, placuisse in con-
spectu DEI, de hac contagione seculi mernisse
transferri*, ut Cyprianus de Enocho rectissimè
censet. Et quid est, quod pios Parentes, quan-
tumvis liberorum amantissimos, moveat,
ut eos in vita, etiamsi possent, teneant? Bre-
vior vita plerumque beatior est. JOAN-
NES sane Picus, Mirandulæ Comes animam
jam acturus lubentissimè mori se testatus est,
vel hanc inprimis ob causam; ne in carne
sua DEUM Patrem creatorem, Ejusque
unigenitum Filium Redemptorem suum pec-
catis

catis porro irritaret. Quin imò quem diligunt Dii, is moritur juvenis, inquit Comicus: quia omne futurum incertum est, & ad deteriora certius. Etenim.

*Hæc data pœna diu viventibus, ut renovata
Semper clade domus, multis in luctibus, inq̃,
Perpetuo marore & nigra in veste senescant.
Longa dies Priamo quid contulit? omnia vidit
Eversa, & flammis Asiam ferroq̃ cadentem.
Si foret extinctus diverso tempore, quo jam
Cæperat audaces Paris edificare carinas,
Incolumi Trojâ, patrias venisset ad umbras.*


Hæc atque alia mæstissimo Dn. Parenti beati hujus Infantuli suggeri possent, nisi nos, ut est in proverbio, NOCTUAS ATHENAS. Age igitur, Vir clarissime, frenis potius in mærore quàm calcaribus utere: nec beneficium naturæ, quæ abstulit, quod dedit, malè interpretare. Iniquus enim est, qui muneris sui arbitrium danti non relinquit; avidus, qui non lucri loco habet, quod accepit; sed damni, quod reddidit: ineptus, qui iis tantum, quæ habet ac videt, frui se putat & habuisse eadem pro nihilo ducit. Cogita jucundum esse quod habueris: humanum, quod amiseris. Cogita quod illum ex hac vita ærumno-


ærumnosa in alteram beatissimam præmise-
ris, quò accedere ipsi summis votis expe-
timus.

Vos vero, CIVES ACADEMICI, ho-
die horâ funebribus sacris destinatâ frequen-
tes exsequias ibitis, atque ita vestram in luctu
sympathiam erga clarissimum Collegam no-
strum testabimini. Inter eundem nostram
ipsorum nobis in memoriam revocabimus
mortalitatem, & salutem provinciæ, Acade-
miæ, civitatis DEO veris precibus commen-
dabimus, Deducetur autem funus horâ pri-
mâ, & conventus fiet in æde B. Jacobo sa-
cra, P.P. sub Sigillo Rectoratus AN. clj Ioc
XLIX, d. XVIII.

Septembris.







catis porrò irritaret. Quin im-
gunt Dii, is moritur juvenis, in qu-
quia omne futurum incertum est
riora certius. Etenim

*Hæc data pœna diu viventibus, &
Semper clade domus, multis in lu-
Perpetuo mœrore & nigra in ve-
Longa dies Priamo quid contulit
Eversa, & flammis Asiam ferr-
Si foret extinctus diverso tempo-
Cæperat audaces Paris adificare
Incolumi Trojâ, patrias venisset*

Hæc atque alia mæstissimo Dn. I-
hujus Infantuli suggeri possent,
est in proverbio, NOCTUA
NAS. Age igitur, Vir clarissim-
tius in mœrore quàm calcaribu-
beneficium naturæ, quæ abstuli-
dit, malè interpretare. Iniquus ei
muneris sui arbitrium danti no-
avidus, qui non lucri loco habet
pit; sed damni, quod reddidit: in-
iis tantum, quæ habet ac videt, si-
& habuisse eadem pro nihilo duc-
jucundum esse quod habueris: l-
quod amiseris, Cogita quod illum

